

fusus, parcius deinde verecundiusque locutus, nichil quo moveri
 posset excidere permisi. itidem te verbis meis oppressum dicere
 existimo, vir optime, qui crebro a me affectionum nuntias, ami-
 cabiles litteras habeas, que fortassis inimicum aut parum cognitum
 5 sua loquacitate offendere deberent, amicum autem non mediocriter
 delectare. etsi enim Montanarius, cui multam dedit natura facun-
 diam et opinio hominum auctoritatem, me de temeraria loquaci-
 tate non iniuria reprehenderit, tu tamen id iure non potes. neque
 enim a te quid animi habeas quidve struas^(a), peto, neque propo-
 10 sita tua querere importunius insisto; quod liberius quidem quam
 cum eo facere tecum possem. tibi enim et familiaris et benivolus
 et amicus sum, quem nichil animi tui latet; quicquid scis ipse scio;
 sed hec, etiam si nescirem, non peto; peto ut scribas. abundans
 tibi scribendi materia proposita est: quicquid non est scriptum ab
 15 aliis, potes novus auctor assumere. quod si non vis, transcribe
 que ab aliis eleganter dicta sunt. plerumque enim decentius est
 aliorum sententias retexere, quam solis propriis, ut reliqua fasti-
 dientem, uti. tu autem utrunque non parum strenue potes, et
 in commodum^(b) invenire et ab aliis bene inventa resumere. neque
 20 abs te peto ut difficilibus et elaboratis orationibus ad me scribas,
 quanvis^(c) in hoc vehementissime possis; placet ut plano stilo et
 quotidiano sermone, quod et ego facio...^(d)

Or ei crede che
 Ugo sia del mede-
 simo parere che
 Pietro, dacchè si
 dichiara « oppres-
 so » dalle sue let-
 tere;

ingiustamente pe-
 rò, poichè non gli
 fa alcuna domanda
 indiscreta,

ed anzi gli è amico
 intimo.

Null' altro chiede
 dall' amico se non
 che gli riscriva. Ad
 Ugo non mancano
 argomenti, vecchi
 o nuovi che siano,
 ed in entrambi è u-
 gualmente valente.

Né egli pretende
 che adopri uno
 stile ornato; basta
 che scriva con stile
 piano e familiare,
 come ei stesso fa.

XXXXII.

P. P. VERGERIO A SANTO DEI PELLEGRINI^(e) (1).

25 [B, c. 69; P, c. 55 B; C, c. 140 B].

NICHIL est quod in presentia magis debeam aut quod iocundius
 exigere a^(f) me possim quam ut et tecum et de sancto Hie-
 ronymo dicam. cum enim quarto iam superiore anno quasi voto

Padova (?)
 autunno 1392 4 (?)

Niuna cosa po-
 trebbe essergli più
 grata che intratte-
 nersi con Santo
 intorno a san Ge-
 rolamo.

(a) B servas in marg. di più recente mano. P quicquid scios Ma cf. Hor. Ep. I,
 III, 6. (b) Codd. et incommode invenire Combi dà et condita Il Sabbadini
 propone et mⁱ [michi] commodum (c) P quamvis et (d) P in marg.: « Imperfecta epistola ».
 (e) B P. P. V. Sancto de Peregrinis C Senza titolo, dove questa lettera è messa innanzi alle
 Orationes pro s. Hieronymo. PEiusdem ad Sanctum de Peregrinis (f) C exigere ipse a

(1) Soltanto per via d'indizi estrin- la presente. I codici CGR conservano
 seci ed inconclusivi è possibile datare in stato più o meno frammentario sette